



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XXV. Ad cap. 29. h.t.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

29. ad v. *domicilium. h. t.* Hodie hoc caput correctum est, per cap. *Capitulum Statutum. §. cum verò & §. cum autem h. tit. in 6. & distantia ad u- hoc corren-*
nam diætam est coarctata ; Sed nec hoc servatur in Galliâ, sed sta- Etum..
tur constitutioni isti de diæbus diætis, gl. in pragm. tit. de causis. §. Sed serva-
statuit. & si reus citetur ultra duas diætas, appellatur ad senatum tur tamen
tanquam ab abusu. Vocabulum diæta, seu, ut malunt dieta, un- in Galliâ.
de haustum sit hujus ævi scriptoribus hoc significatu, non liquet. Vocabuli
*Certè nec Græcum nec Latinum est , procul dubio ut dietim *diæta origi-**
*formatum, eine Tagereise. Nihil enim habet simile sive *diæta, natio.**
*sive *diætæ*, tempus duorum annorum, *diæta* verò modum & *Diæta*.*
formam vivendi significat, sed & cubiculum, ubi convivia fiunt,
vel ubi cœnatur, quod claustrales refectorium dicerent. Vide Uli-
*pianum in l. *Senatus. 43. S. Marcellus. de Leg. I.**

CAP. XXV.

Ad cap. 29. h. t.

S U M M A R I A.

- | | |
|---|------------------------------|
| 1. <i>Archiepis. Cantuar. Stephanus</i> | 2. <i>Ejus fortuna.</i> |
| <i>Langthonius.</i> | <i>3. Dunelmium, Durham.</i> |
- C**ui Honorius III. rescribit, est Cantuariensis Archiepiscopus, ut monstrat epigraphe ; Hæc verò in quinta compi- Cantiuar. Clatione ita habet : *Cantuariensi Archiepiscopo, sanctæ Ro- Stephanus, manæ Ecclesiæ Cardinali*, quam descriptionem omisit Ray- Langtho- mundus. Archiepiscopus iste fuit Stephanus Langthonius, primo nius. monachus Cantuariensis, deinde magnus Cancellarius Universi- Ejus fortu- tatis Parisiensis & Canonicus secularis S. Mariae Parisiensis. Postea Huberto Archiepiscopo Cantuariensi mortuo in ejus locum ab Innocentio III. suffectus est, demum ab eodem, anno 1212. Presbyter Cardinalis tituli S. Chrysogoni creatus. Clericus Dumelien- sis, Dulmensis, Dulnediensis, mendæ sunt. Scribendum, Dunel- mensis. Dunelmium hodie Durham, Comitatus, sub Archiepi- Dunelmii, scopo Eboracensi, quo sedes translata ex Lindisfarnâ insulâ. Wil- Durham. helmus Malmesbur. lib. 3. de gestis Pontif. Anglic. Ubi narrat claves castri Dunelmensis vacante Episcopatu, ex instituto S. Cut- berti ad mausolea appendi solita fuisse.

I 3

CAP.